Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sonalis esse solet (: ut immunitatis :) realis esse censetur, si per formam contractus facta sit, per Jas: cons. 217. n. 17. Vol. 2. Castr: cons: 317. in fin. Vol. 1. Dec: cons. 262. n. 5. Grauet: cons. 404. n. 2. Burs: cons. 258. n. 17. & seq: Vbi alios citat, communem dicens & n. 36. eum seq.

Cumq; hactenus etiam aliter obseruatum non fuerit, quam quod ista Jura feudalia tam vendendo & emendo, quam in feudum concedendo & accipiendo, alijsq; omnibus actibus: pro pertinentijs ipsius Baronatus Mündelhaimensis habita sint, & consequenter eorum feudorum concessio pro reali, ideoq; adomnes tam foeminas quam masculos, tam Clericos, quam seculares tam singulares quam Vniuersales successores ipsiq Baronatus respectu, simus transitoria multis uicibus aonita & usurpata non fuerint, ut ex plurimis liberis Emptionum & inuestiturarum constat.

Ideo ob hanc quoq; causam realis & ipsi Baronatui indissolubili nexu cohaerens concessio feudalis esse censetur. in spec: textf: in c. cum uenissent. extr: de re mis fit.